# INCIPIT LIBER XI

ET ERANT NUDI ADAM ET MULIER EIUS ET NON pude
bat illos serpens autem erat prudentissima omnium bestiarum
quae sunt supra terram quas fecit dns ds · & dixit serpens mu
lieri quid quia dixit ds non edetis ab omni ligno paradisi · ·
& dixit mulier serpenti a fructu ligni quod est in paradiso edemus de
fructu autem ligni quod est in medio paradiso dixit ds non edetis
ex eo neque tagetis illud ne moriamini · & dixit serpens mulieri non
morte moriemini sciebat enim ds qm qua die manducaretis de eo
adaperientur uobis oculi & eritis tamquam dii scientes bonum &
malum & uidit mulier quia bonum lignum in escam & quia placet
oculis uidere & decorum est cognoscere & sumens de fructu eius
edit & dedit uiro suo secum & ederunt & aperti sunt oculi eorum
& agnouerunt quia nudi erant · & consuerunt folia fici & fecerunt
sibi campestria & audierunt uocem dni di ambulantis in paradiso &
ad uesperam & absconderunt se adam & mulier eius a facie dni di in
medio ligni paradisi & uocauit dns ds adam & dixit illi ubi es ·
& dixit ei uocem tuam audi uide ambulantis in paradiso & timui
quia nudus sum & abscondi me · & dixit illi quis nuntiauit tibi quia
nudus es nisi a ligno quod preceperam tibi tantum ne ex eo mandu
cares ab eo edisti · & dixit adam mulier quem dedisti mecum haec
mihi dedit a ligno & edi · & dixit dns ds mulieri quid hoc fecisti ·
& dixit mulier serpens seduxit me & manducaui · & dixit dns ds ser
penti quia fecisti hoc maledictus tu ab omnibus pecoribus & ab omni
bus bestiis quae sunt sup terram sup pectus tuum & uentrem tuum
ambulabis & terram edes omnes dies uitae tuae inimicitias po
nam inter te & inter mulierem & inter semen tuum & semen eius ip
se tibi seruabit & pit & tu seruabis eius calcaneum · & mulieri dixit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc141/0254